

Pontifices, & Sacerdotes appellari ceperunt. Et licet Sacerdotis vocabulo frequenter Episcopus per excellentiam designetur apud Veteres; ut apud S. Leonem in epistolis, & sermionibus, & alios eo antiquiores; non minus tamen frequens est eandem vocem cuius Presbytero attribuitur, ut legere est apud Ignatium; in epist. ad Philadelphios, & in altera ad Haeremum Diaconum, & passim apud Dionysium, in lib. de Eccl. Hierarch. Cyprianum, lib. 1. epist. 9. & lib. 2. epist. 3. & apud alios frequentissime. Unde S. Aug. l. 20. de Civ. Dei, c. 10. dicit Episcopos, & Presbyteros proprie vocari Sacerdotes.

Nota tamen; quod etiam in libris novi Testamenti Presbyteri nunquam Sacerdotes appellati leguntur; divina tamen providentia factum est, ut in veteri hoc nomine praesignarentur ab Israel, cap. ult. dicente Domino: Et assumam ex eis Sacerdotes & Levites. Quod cum de Sacerdotio omnibus Christianis communi intelligi nequeat, quia certi quidam ex eis assumendi ad hoc dicuntur, consequens est, ut de specialibus, & proprie dicto Sacerdotio Christianorum intelligendum sit, quomodo & Hieronymus cum loquitur interpretatur. His ergo contra Heterodoxos Sacerdotium ab Ecclesia auferentes (ut in Tract. de Eucharistia vidimus) ad mei Candidati institutionem statuit, sit.

S. II.

Resolvitur Secunda Pars.

IV. Deo. Presbyteratus, seu Sacerdotium est verus Ordo, & sacramentum novae Legis. Negant Heterodoxi, asserunt tamen omnes Catholici. Si enim Ordo, ut supra probatum est, inter sacramenta novae legis recensendus est; potiori ratione sacramentum erit Presbyteratus, ex cuius participatione ceteri Ordines particulares unum sacramentum sunt, ut docet S. Thom. in Supplem. q. p. 47. art. 1. ad 2. Ubi assignans modum, quo omnes Ordines unum sacramentum constituunt, dicit quod diviso Ordinis est Totius potestas, cuius hae est natura, quod totum secundum complexam rationem est in uno, in aliis autem est quaedam participatio ipsius: & ita est hinc. Totum enim plenitudo sacramenti huius est in uno Ordine, scilicet Sacerdotio; sed in aliis est quaedam participatio Ordinis. Et hoc significatum est in hoc, quod Dominus dixit, Num. 11. Moysi: Auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustinent tecum onus populi. Et ideo omnes Ordines sunt unum sacramentum. Hinc Concilium Tridentinum, sess. 23. c. 2. docet, reliquos Ordines tanquam ministrantium gradus referri ad Presbyteratum. Et cap. 3. ait: Cum Scriptura testificatio, Apostolica traditio, & Patrum unanimi consensu presbyterium sit, per sacram ordinationem, qua verbis & signis exterioribus perficitur gratiam conferri, & habitare homo debet, & dominum esse vere, & proprie unum ex septem S. Ecclesiae sacramentis, inquit enim Apostolus 1. ad Timoth. 1. vers. 6. Aliter non potest esse nisi qui est in se per impositionem manuum nostrarum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Et antea Eugenius IV. in Decreto unionis, docuerat, Ordinem esse sacramentum novae legis, primo loco Presbyteratum recensens.

V. Ex Patribus consentiunt primo Gregorius Nyss. Orat. de S. Baptismo, his verbis: Eadem item verbi vis etiam Sacerdotem augustinum, & honorandum facit novitate benedictionis a communione vulgi segregatum... Cum nihil vel corpore, vel forma mutaret, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat invisibilis quodam vi, ac gratia invisibilem animam in melius transformavit generis. Quibus totam naturam sacramenti tribuit Sacerdotio, nimirum, esse signum externum cum verborum formula: Eadem item verbi vis; eamque gratiam sanctificantem transformantem animam: invisibilem quodam vi, ac gratia etc.

Sanctus item Augustinus, lib. de Bono conjugali, c. 24. vocat sacramentum indelebile ordinationem: Si aliqua, (inquit) culpa quisquam ab officio removeatur, sacramentum Domini semel impositum non careret, quamvis ad iudicium permaneret.

Sanctus Leo, Epist. 81. ad Diaconum, c. 1. Nam (inquit) praevis auctoritatem conferuntur, quam ex Apostolica novissime venire docet, etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum, & Barnabam de precepto Spiritus sancti ad Evangelium Gentibus mitterent predicandum, jejunantes, & orantes imponerunt eis manus; ut intelligamus, quanta & dantur, & acceptum devotione curandum sit, ne sancta benedictionis sacramentum negligenter videatur impleri: Et ideo pie, & laudabiliter Apostolorum morem servavit instituit; si hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Ecclesiam, quibus Dominus dicitur se voluit, etiam ipse servaverit.

VI. Ratio autem sic conficitur primo. Quia Presbyteratus est signum sensibile, caeremonia enim sensibilibus rebus, & verbis constans, a Christo institutum, Luca 22. Hoc facite in meam commemorationem, collativum gratiae, ut supra diximus ex Paulo (2. ad Tim. 1. v. 6.) ergo nil est deest, quin sit sacramentum — Secundo. Per Presbyteratum accipit homo potestatem consecranda Eucharistiam, remittendi peccata, & alia quaedam administrandi sacramenta: ergo Presbyteratus ordinatio est sacramentum. Conf. prob. ex S. Thom. in Supplem. 3. p. q. 34. art. 3. in arg. sed contra, ubi ait: Proprie quod unumquodque est & illud magis: sed proprie Ordinem (maxime Presbyteratum) sit homo dispensator aliorum sacramentorum; ergo Ordo (Presbyteratus) magis habet rationem, quod sit sacramentum. Huc revocanda sunt, quae supra, n. 4. ex eodem S. Thoma reulimus.

S. III.

Solutio Objectionum.

VII. Officium primo. In Scripturis non legitur Presbyteratus, seu Sacerdotii a Christo facta institutio; ergo non est sacramentum. Ant. prob. Paulus, ad Eph. 4. v. 11. enumerat singula officia, quae Christus instituit in opera ministerii in edificationem corporis Christi; inter quae recenset quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, & Doctores, eadem recenset, 1. Cor. 12. v. 28. nulli autem memorat Presbyteros, seu Sacerdotes; ergo istos non posuit Christus in ministerio Ecclesiae.

VIII. Respondeo, neg. ant. Christus enim Presbyteratum instituit, ac Sacerdotium, cum Luca 22. dedit Apostolis facultatem consecranda, & offerendi Eucharistiam, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Ad prob. Respondeo, Paulum ibi non recensere ordinaria, & hierarchia Ecclesiae ministeria; cum inter haec nec sit Apostolus, nec propheta, nec gratia curatum, nec donum linguarum, quae tamen ibi enumerat; sed potius dona fieri gratias gratis datas, quae tunc fidelibus in edificationem Ecclesiae passim Deus largiebatur, & identidem eadem modo aliquibus distribuit prout vult. — Dico autem, Paulum ibi de ministerio ordinario, & permanente in Ecclesia fuisse etiam locum; respondeo, illud comprehendisse sub generali nomine Pastorum, & Doctrinarum; sub hoc enim comprehendit Episcopos, Presbyteros, Diaconos, de quibus, ut supra vidimus, cum Lucas in Actis, tum Paulus ipse in suis aliis Epistolis mentionem fecit.

IX. Officium secundo. Falsum est, Christum in ultima Coena instituisse Presbyteratum, vel Sacerdotium. Primo: Quia verba illa Hoc facite etc. referuntur duntaxat a S. Luca, & Paulo, qui Coenam non auferunt, cum a S. Mattheo, qui auferat, & Marco, qui a Petro eodem scriptis dicitur, profus silenter. — Secundo: Si Christus illis verbis instituisse Apostolos Sacerdotes, adhibisset illam materiam, & formam, qua utitur Ecclesia; quod tamen non fecit: cum nec imposuerit eis manus, nec verba, quae Ecclesia profert, protulerit; ergo &c.

X. Respondeo, neg. ant. Ad primam prob. fateor, solum Luca, & Paulum, qui Coenam non auferunt, ea verba ut a Christo dicta retulisse, Mattheum vero, & Marcum omisisse. At quid hinc? Forte ne suspicari possumus, Luca, & Paulum falsum scripsisse? An spiritus potius humano; quam divino assatu Evangelistas, & Paulum scripsisse credemus; ut scribentes quae non viderunt, dubiam fidem faciant? Iohannes adhibuit Coenam, & quidem in pectore Domini ibi recubuit: nec tamen in suo Evangelio quidem de Coena dicit; ergo nec Christum vero Coenam fecisse dubitabimus? Sane hae instantia vero Christiano indigna est. Sicut ergo, quisquis sit, Spiritum Sanctum ita disposuisse sacros Scriptores, non ut singulis omnia, quae gesta sunt, recenserent; sed ut si quid ab aliis omnium sit, ab altero suppleretur, sic ut ab omnibus simul tota Evangelica historia integre habeatur. Nam Sanctus Iohannes plura omisit, sed plura quoque narravit, quae ceteri omiserunt.

Ad secundam, nego ant. Christus enim potestate excellentia, qua ut homo eminebat potuit dare Apostolis effectum sacramenti, immo ipsum sacramentum sine ordinariis signis, & etiam sine illo signo, ut docet S. Thom. 3. a. q. 64. art. 3. Addo: Christum in Coena duas actiones externas habuisse, Unam, qua accipiens panem, & vinum pronuntiavit super ea Verba: Hoc est Corpus meum: Hoc est Sanguis meus; & hae instituit Eucharistiam: Alteram, qua priorem complevit dicens: Hoc facite etc. & hae Sacerdotis Apostolos constituit, & ordinationem Presbyteratus instituit.

DUBIUM II.

Quomodo sit Materia, & Forma Presbyteratus.

S. I.

De Materia, & Forma aliqua notanda.

I. Circa materiam, & formam Presbyteratus non una est doctrina, etiam Latinorum sententia. Cum enim Ecclesia Graeca pro materia adhibeat impositionem manus, quae etiam usi fuisse leguntur Apostoli in ordinatione Presbyterorum, & ejus solius meminisse videatur antiqua Concilia, & Patres: e contra autem Ecclesia Latina utitur etiam instrumentorum traditione, nempe, calicis cum vino. & patet cum hostia: censent multi, solum manuum impositionem esse materiam essentialem ordinationis Presbyteri, traditionem autem instrumentorum esse caeremoniam mere accidentalem, vel ad summum explicativam potestatis traditae ipsi ordinato. Ita sentiunt Juvenii, Bovei, alique ex Gallis. Alii e contra volunt, solum traditionem instrumentorum esse materiam essentialem Presbyteratus. Alii mediam viam tenentes dicunt, materiam adaequatam Presbyteratus esse utroque confingere; nempe, ex manuum impositione, & traditione instrumentorum.

II. Pro huius difficultatis resolutione observandi sunt ritus, qui in Presbyterorum ordinatione solent adhiberi. Primo, Episcopus manus imponit ordinando, idemque facit Sacerdos adstantes, per eum ritum significantes, se ordinationis assensum praebere, & ad eam Spiritum Sanctum invocare. Ceterum, cur Diacono solum Episcopus manus imponat, Presbytero

tero autem Episcopus uni cum aliis Presbyteris, rationem in dicit quarta Synodus Carthagenensis, Cap. 4. Quia nimirum Diaconus non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur; Presbyter autem ad Sacerdotium, & proinde a Compresbyteris velut in consortium pariter dignitatis assumitur. Qua eadem ratione etiam in ordinatione Episcopi una cum Episcopo consecrator Episcopi quoque assilentes manum imponunt ordinando.

Secundo, Episcopus induit stola humeros ordinandi, eam ante pectus in formam crucis componens: ad significandam, quod virtute induitur ex alto, quae possit crucem, & jugum Domini portare.

Tertio, Induit cum calsa, sive (ut olim vocabatur) pianeta; eo quod totum fere corpus obferraret: sicutque multo later, quam nunc fiat, ita ut brachia pene tota contereret, ut in aliquibus antiquis adhuc extantibus videre est. Significat autem vestis illa charitatem.

Quarto, Inungi manus: primum quidem pollices, & indices, postea vero totaliter palmas, ut significetur modo quodam consecrata ad sacrificium. Unctio autem haec non fit Christate (ut in ordinatione Episcopi) vel oleo infirmorum, sed oleo Catechumenorum.

Quinto, Calicem cum vino, & patenam cum hostia tradit dicens: Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missaque celebrandi eam pro vivis, quam pro defunctis.

Sexto, Imponit ambas manus super caput ordinandi dicens: Accipe Spiritum Sanctum; quorum venisioris peccata, remittuntur eis: & quorum venisioris, venisioris sunt.

III. Ex his apparet, in ordinatione Presbyteri duplicem conferri, vi ordinis, potestatem. Unam, & quidem praecipuam, supra corpus Christi verum: & hae est potestas consecrandi Eucharistiam, & offerendi sacrificium corporis, & sanguinis Domini. Alia est potestas supra corpus Christi mysticum; & hae est potestas absolvendi a peccatis. Unde fit, quod ordinatio Presbyteri factem in Ecclesia Latina quasi duplici Sacramento perficitur; quorum primum significat, & effectus gratiam, & characterem Presbyteri, ut Sacerdotis: secundum vero significat, & effectus gratiam, & characterem Presbyteri, ut iudicis in foro interno. Et ideo totalis Presbyteratus character non est simplex, sed compositus ex duobus partialibus. Quamvis autem hae duo sacramenta in unum totale moraliter coalescant, quatenus simul concurrunt ad conferendum unum Ordinem totalem Presbyteralem; pro unoquoque tamen sui materiam, & forma partialis assignanda est. Quod autem istae duae distinctae potestates in ordinatione Presbyteri distinguuntur sint, inferius probabitur.

IV. In hac re duas invenio sententias ambas probabiles. Prima asserit materiam adaequatam ordinationis, ut collativae potestatis Sacerdotialis, coalescere ex prima impositione manuum super caput ordinandi, & ex traditione instrumentorum: formam vero esse verba: Accipe potestatem offerendi sacrificium etc. Materiam vero ordinationis Presbyteri, ut iudicis, esse secundam impositionem manuum super caput ordinandi: sicutam a solo Episcopo: formam vero esse verba ab eodem prolata: Accipe Spiritum Sanctum; quorum venisioris peccata etc.

Alteram sententiam asserit, adaequatam materiam ordinationis, ut collativae potestatis Sacerdotalis ad offerendum sacrificium, esse solum calicem cum vino, & patenam cum hostia traditionem: formam vero esse verba, quae simul proferuntur: Accipe potestatem offerendi etc. Materiam autem ordinationis Sacerdotis, ut iudicis, esse secundam impositionem manuum; formam autem verba, quae imponendo manus, Episcopus dicit: Accipe Spiritum Sanctum.

S. II.

Resolutio Prima.

V. Deo. Satis probabile est, materiam adaequatam ordinationis Presbyteri, ut Sacerdotis, esse primam impositionem manuum, & simul traditionem calicis cum vino, & patenae cum hostia: formam vero verba, quae tradendo profert Episcopus: Accipe potestatem etc. Materia vero ordinationis, ut collativae potestatis absolvendi, esse impositionem manuum; & formam, verba, quae simul proferuntur: Accipe Spiritum Sanctum. Hae potestas pars non negatur ab opposita sententia, & ideo de ea inferius dicitur. Totum negotium fecerit prima pars, nempe, quod materia adaequata essentialis ordinationis Presbyteri, ut Sacerdotis ad offerendum etc. non fit sola traditio instrumentorum, sed essentialiter conjungi debeat cum prima impositione manuum, tamquam cum comparte.

VI. Probatur primo. Quia sic melius salvatur Scriptura, quae loquens de ordinationibus, quae sacramenta sunt, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, semper dicit eam factam fuisse per impositionem manuum cum oratione: ut de ordinatione Pauli, & Barnabae, Act. 13. vers. 3. de ordinatione Timothei, 1. ad Timoth. 4. vers. 14. & 2. ad Timoth. 1. vers. 6. & de ordinatione Diaconi, Act. 6. vers. 6. Et nullius alterius externi Symboli fit mentio, ergo vel impositio manuum est essentialis materia factem partialis ordinationis, quae scilicet sacramentum est a Christo institutum (de alia enim Scriptura non loquitur) vel dicendum est, Scripturam de ordinatione loquentem, ubique praetermissa essentialis caeremonia, nunquam eam exprimeret, nisi per accidentalitatem, quod absurdum est, immo contrarium ipsi Scripturae, quae manuum impositioni, qua ordinationem fieri significat, manifeste attribuit vim con-

ferendi gratiam, ut 1. ad Timoth. 4. v. 14. & 2. ad Timoth. 1. vers. 6. vis autem conferendi gratiam caeremoniae, quae sit accidentalitatis, adeoque nec sacramentum, nec sacramenti pars, convenire non potest.

VII. Prob. secundo ex Patribus etiam Latinis. Ambrosius enim, lib. de Dignit. Sacerdotali, cap. 5. Homo (inquit) imponit manus, Deus largitur gratiam, Sacerdos imponit supplex dexteram, & Deus benedicti potestis dexteram. Hieronymus, in c. 58. Isaii dicit: Christoniam, id est ordinationem, non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impleri manuum. Et Augustinus, lib. 5. de Bapt. contra Donat. c. 20. dicit, quod si Deus peccatorem non exaudit, Quomodo exaudit homicidam deprecantem... super capita eorum, quibus manus imponitur? Et Serm. 2. super gestis cum Emerito, ait: Ceteri autem non aderant ordinationi eius, quando ei manus imposita est.

Idem docuerunt veteres Rom. Pontifices. Innocentius I. epist. 22. ad Episcopos Macedoniae, c. 3. agens de illis, quos ordinarat haereticis, simili modo, quo Augustinus loquitur, dicens: Cum nos dicamus, ab haereticis ordinatos, valuerunt per illam manus impositionem habere caput... Ceteri qui non habuit, dare non potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit. S. Leo epist. 87. ad Episcopos Mauritaniae, explicans haec verba Pauli: manus cito nemini imponeris: sic ait: Quid est cito manus imponere, nisi ante statum maturitatis, ante tempus exominis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae Sacerdotalem honorem tribuere non probatur.

VIII. Cum igitur a Scriptura, Patribus, & Romanis Pontificibus ordinatio, sive Episcopi, sive Presbyteri vel nomine impositionis manuum semper, immo & unice proponatur: non video, quomodo excludi possit ad essentia ordinationis, & sacramenti, ne sit ejus materia factem partialis. Hinc Maldonatus S. J. Theologus, Tom. 1. de Sacram. tract. de Ordinatione, qu. 3. p. 2. ait: Impositio manuum non est habenda tanquam caeremonia non necessaria, sed tanquam pars essentialis sacramenti: idque videtur tenendum fidei catholicae. Primum: quia in Scripturis, ubiqueque fit mentio de ordinatione, dicitur per impositionem manuum; & videtur mihi esse reverentiam Scripturam asserere, & consecrari chimeras, id est rationes naturales. Secundo: quia veterem Ecclesiam nunquam ordinasse sine impositione manuum ex omnibus auctoribus antiquis perspicuum est: de traditione autem calicis, & hostiae, nulla est mentio apud illos. Tertio: quia videtur durum nimis esse, caeremoniam, quam nobis perspicue tradunt Apostoli, excludere a natura sacramentis, & inducere illam, de qua nulla mentio fit in Scriptura. Hae Maldonatus, qui consentit Becanus ex eadem Societate, in Tract. de Sac. Ordinis, q. 4. Conclus. 3. Impositio manuum videtur esse materia essentialis huius sacramenti, & a Christo instituta.

IX. Prob. tertio. Quia haec via nobiscum conciliamus aliquomodo Ecclesiam Graecam, quae semper (& etiam modo) adhibuit impositionem manuum, ut essentialiam materiam in ordinatione; quod Pontificalia, & ritualia Graeca cum vetera, tum recentia testantur: & cujus ordinationes Ecclesia Latina tanquam validas suscepit, & adhuc suscipit. Quod non esset, si impositio manuum non esset materia, sed caeremonia folium accidentaria. Sed de hoc infra.

X. Nec dicas: ex his sequi, impositionem manuum esse materiam adaequatam, & non solum partialem ordinationis. Si enim de illa sola loquuntur Scriptura, & Veteres, & nihil de traditione instrumentorum dicitur, quam sola procedente tempore injunxit Ecclesia, quae facultatem non habet quidquam innovandi circa materiae sacramentorum; nec, quod traditio calicis, & hostiae sit caeremonia pure accidentalitatis; non pars ad sacramenti substantiam pertinens.

XI. Respondeo enim, non deesse inter Doctores Catholicos, qui hoc concedant, & velint, traditionem instrumentorum esse caeremoniam mere accidentalem ab Ecclesia introductam — Sed stando in dictis, nego sequelam. Ut enim fere opinio plausibilis, non omnium Sacramentorum materiae determinavit Christus in specie infima, ut aquam in Baptismo, & panem, ac vinum in Eucharistia: sed aliquorum materiae determinavit solum in genere, seu specie subalterna, relinquens facultatem Ecclesiae aliquid addendi, quo materia ad speciem ultimam magis explicitae determinaretur. Ita fecit in ordinatione Sacerdotis, Episcopi, & Diaconi, quorum materia est impositio manuum: sed ut haec determinaretur ad hanc potius speciem ordinis, quam aliam, permisit, ut Ecclesia posset addere aliquid substantiale, magis significativum. Ecclesia autem Latina ad clarior significandam potestatem, quae Sacerdoti in sua ordinatione specialiter tribuitur, impositioni manuum addit, ut compartem, traditionem calicis cum vino, & patenae cum hostia; quae expressius significat potestatem offerendi corpus, & sanguinem Christi, quae ei in ordinatione confertur. Et ad hoc faciendum fundamentum fuisse ex facto Christi, qui in ultima Coena cum ordinavit Apostolos Sacerdotes tradidit eis panem, & vinum. Pro hoc facit etiam exemplum sacramenti matrimonii, cuius materiam, nempe, contrahentium quaedam solemnitates Ecclesia addit, sine quibus aeneq fuit, nunc tamen non est materia sufficienter sacramenti.

XII. Officium tamen primo. Post decretum Eugenii in Concilio Florentino fuffinere amplius non potest, impositionem manuum esse materiam Ordinis essentialis, ad hoc partialem; sed solum traditionem instrumentorum, factem in Ecclesia Latina. Quod probat. Nam si instrumentorum traditio non est tota materia essentialis ordinationis: quare Florentini absolute dicit, sacramenti ordinis materia esse instrumentorum

traditionem? Quare pro materia illa assignat potius traditionem instrumentorum, quam impositionem manuum?

XIII. Respondet, neg. ant. Cum enim post Florentinum continuaverit Ecclesia Latina prater traditionem instrumentorum adhibere in ordinatione etiam impositionem manus; factus est Florentino, facti traditionem instrumentorum esse materiam essentiali quidem, sed partialem. Et vel maxime, quod cum dicit Tridentin. sess. 23. cap. 3. ex Apostolo 2. ad Timoth. 1. per impositionem manuum in ordinatione conferri gratiam, manifeste sequitur, eam esse materiam, si non totalem, saltem partialem.

Ratio autem, cur Concil. Florent. de sola traditione instrumentorum locutum sit, est. Quia Armenos, quos instruebat, docere voluit, non solum impositionem manuum, quod iam sciebant, sed etiam instrumentorum traditionem in Ecclesia Latina pertinere ad ritum essentiali ordinationis Presbyteri, & Diaconi. Vel, quod idem est, ut scirent, porrectionem instrumentorum in Ecclesia Latina esse de essentia ordinationis, five sit totalis materia, five partialis; cum in Ecclesia Orientali ad essentiam sola impositio manuum sufficeret.

XIV. Objicies secundo. Gregorius IV. Cap. Presbyter, Extra, de Sacram. non iterandis. Dicit primo: impositionem manuum, quae fit in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi, esse ritum ab Apostolis introductum; ergo non fuit a Christo institutum. Dicit secundo: Eo casu, quo illa manuum impositio in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi fuerit omissa. Non esse aliquatenus iterandum, sed statim tempore ad hujusmodi ordines conferendos cause supplendum, quod per errorem extitit praetermissum. Si autem omnis impositio manuum esset de essentia, ac redderet ordinationem invalidam, totum esset iterandum, & non solum supplendum, quod fuerat omisium.

XV. Respondet ad primum cum Bellarm. lib. de Sac. Ord. cap. 4. Gregorium, cum dicit manuum impositionem, quae adhibetur in ordinatione Presbyteri, & Diaconi, ritum esse ab Apostolis introductum, non intedere ritum illum fuisse ab Apostolis institutum; sed quia ipsi primi illum ceperunt in ordinationibus usurpare.

Ad secundum dico, Gregorium velle non esse aliquatenus iterandum, hoc est, non esse repetendum quod iam valide factum est; adeoque non esse repetendam eam partem ordinationis, qua data est potestas absolvendi a peccatis; sed solum capite suppleri debere quod fuit omisium, hoc est, primam ordinationis partem, qua conferuntur potestates offerendi sacrificium; quae cum valide fieri non possit sola traditione instrumentorum, recte dicitur omitti, cum prima manuum impositio omittitur; quod enim invalide fit, non fit; & quod non fit, omittitur. Unde, si, postquam invalide factum est, ponatur omnia ad ejus valorem necessaria; tunc proprie primum fit, nec nisi improprie dicitur iterari.

XVI. Solet obijci Innocentius III. Cap. Pastoralis, eod. tit. Sed ibi agitur de Subdiaconi ordinatione, quae in Ecclesia Latina non fit manuum impositione proprie dicta; sed per quendam benedictionem, quam ordinandus accipit ab Episcopo super eum orante, ut observat Glossa lit. B. & quae cum sit caeremonia solum accidentaria ab Ecclesia introducta, si omittitur, potest postea suppleri, ceteris non iteratis.

XVII. Objicies tertio. Prima illa impositio manuum est caeremonia mere accidentaria. Nam primo; Episcopus nihil dicit, dum manus imponit. Secundo; non solum Episcopus manus imponit super caput ordinandi; sed id etiam successively faciunt omnes Sacerdotes, qui adsunt, qui tamen non ordinant. Tertio; Haec manuum impositio non est conjuncta cum ordinationis forma; quae, ut diximus, est illa: Accipe potestatem offerendi sacrificium &c. Cum inter illam, & illam mediant multa actiones.

XVIII. Respondet, neg. ant. contrarium enim sentit S. Th. 3. p. 2. q. 84. art. 4. in Corp. ubi assignans rationem, cur in Sacramento Poenitentiae, & Baptismi manus impositio non requiritur, bene tamen in Sacramento Confirmationis, & Ordinis, ait: Quia impositio manuum in Sacramento Ecclesiae fit ad designandum aliquam copiosam gratiam spirituum; quo illi, quibus manus imponitur, quodammodo per quendam similitudinem continentur ministri, in quibus copia gratia esse debet. Et ideo manus impositio fit in Sacramento Confirmationis, in quo conferuntur plenitudo Spiritus Sancti & in Sacramento Ordinis, in quo conferuntur quaedam excellentia potestatis in divinis ministeriis; Unde & 2. ad Timoth. 1. dicitur: Refuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.

Ad primam probationem in contrarium: Primo, nego ant. Nam, ut habetur in Pont. Rom. Pontifex postquam imposuit manus super ordinandos una cum Sacerdotibus: Tam Pontifex quam Sacerdotes tenent manus dexterarum extensas super illos, & Pontifex stans cum mitra dicit, Oremus &c. Quae extensa manus, cum videatur impositio manuum continuata; falsum est, quod Episcopus imponens manus nihil dicat. Secundo. Concesso, quod Pontifex imponens manus nihil dicat; solum sequi, impositionem manuum esse materiam, seu partem incompleteam, & inchoativam ordinationis, nec per eam haberi perfectam, & completam significationem sacramentali, nisi accedente traditione calicis cum vino, & patene cum hostia, cum qua in unam totalem materiam Sacerdotalis gratiae, & characteris expressius significativam coalescit; unde accedente verborum formula: Accipe potestatem offerendi &c. Sacerdotalis ordinatio perficitur.

Ad secundum dico, quod post Episcopum Sacerdotes adstantes manus imponant, accidentarium est ordinationi Presbyteri: sicut accidentarium est, quod Episcopi assistentes im-

ponant manus super caput Episcopi, qui ordinatur. Et sicut hoc non tollit, quin impositio manuum Episcopi conferentis sit essentialis consecrationi Episcopi; ita nec tollit, quin impositio manuum Episcopi sit essentialis ordinationi Presbyteri.

Ad tertium dico, ut supra, quod prima manuum impositio esto non sit conjuncta physice cum forma ordinationis, est tamen conjuncta moraliter, quod sufficit: omnes enim illae caeremoniae, quae eam subsequuntur, constituunt unam moraliter actionem totalem; quia omnes ad eundem finem tendunt, nempe; ad unam totalem ordinationem constituendam.

XIX. Altera assertio pars, quod, nempe, forma Sacerdotalis ordinationis sint haec verba: Accipe potestatem offerendi &c. communis est. Nam haec verba immediate comitantur, vel saltem subsequuntur traditionem instrumentorum; quae cum prima manuum impositio moraliter conjuncta, constituit materiam adaequatam ordinationis Presbyteri, ut Sacerdotis.

Nec obest, quod Ecclesia Orientalis valide ordinet, nec tamen utatur his verbis. Nam ex hoc tantum sequitur, quod Christus pro forma Presbyteratus non determinavit haec, aut illa verba in specie; sed solum in genere fluitavit, ut Ecclesia determinaret verba sufficienter expressiva gratiae, & characteris Sacerdotalis. Unde etiam alia verba determinaverit Ecclesia Occidentalis, alia Orientalis: haec diversitas est materialis tantum; nam quoad formalem sunt una, ac eadem forma; cum unam eandemque significationem habeant ex institutione Christi.

XX. Nec dicas, Verba illa Accipe &c. nec memorari in Ritualibus, & Sacramentalis antiquis, etiam apud Latinos, ante annum millesimum exaratis. Nam hoc falsum esse evincit ordo Romanus: in quo Episcopus post manus impositionem super caput singulorum ordinandum, orationem, & manuum consecrationem, omnibus ordinandis porrigit calicem cum vino, & patenam cum hostia dicens: Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo &c. ordinem autem Romanum ante nonum saeculum exaratum fuisse, testis est Amalarius, qui nono saeculo claruit, & illum citat in lib. de Officiis Ecclesiasticis.

S. III.

Resolutio Secunda.

XXI. Dico, Satis etiam probabile est, traditionem calicis cum vino, & patene cum hostia esse unicam, & adaequatam materiam ordinationis, ut Sacerdotalis; & formam esse verba: Accipe potestatem offerendi sacrificium. Impositionem autem postquam manuum esse materiam ordinationis, ut dantis facultatem absolvendi, & formam esse verba: Accipe Spiritum Sanctum &c.

Prima pars est fere communis apud Scholasticos. Eam aperte docet S. Th. in Suppl. 3. p. 937. art. 5. in Corp. Ubi postquam dixit, primam impositionem manuum esse solum praeparatam; quia per impositionem manuum datur plenitudo gratiae; per quam ad magna officia fuit idonei; concludit: Sed potestatis collatio fit per hoc, quod datur eis aliquid, quod ad proprium actum pertinet. Et quia principaliter alius Sacerdotis est consecrare corpus, & sanguinem Christi; ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character Sacerdotalis imprimitur. Huic sententiae auctoritate sua patrocinauit Concil. Florentinum, in Duct. Unionis, his verbis: Sextam sacramentum est Ordinis; cuius materia est illud, per cuius traditionem conferuntur Ordinis: sicut Presbyteratus traditur per calicem cum vino, & patena cum pane porrectionem. Et mox: Forma Sacerdotii talis est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vino, ac mortuis; in nomine Christi &c.

XXII. Ne tamen quis putet, S. Thom. ar. citatus esse contrarium opinioni, quam S. praecedente, ut probabilem tui sumus, observet velim, S. Thom. ibi dicere. Primo: quod per manus impositionem datur plenitudo gratiae, per quam ad magna officia sunt idonei: non ergo confer, primam illam impositionem esse caeremoniam accidentalem ordinationi; non enim accidentale est sacramentum id, per quod in sacramentum datur gratia, & quo suscipiens fit idoneus ad actum sacramentalis. Sed quia sola manuum impositio non determinat, ad quem actum dei gratiam, eumque reddat idoneum; ideo hoc per traditionem instrumentorum explicari, & determinari debet. Ex quo sequitur, quod impositio manuum praecedens traditionem instrumentorum, sit materia, seu de substantia ordinationis dans gratiam ad actum, per traditionem instrumentorum designandum; in qua ordinatio ultimo completur. Et ideo (inquit S. Thom.) In ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character Sacerdotalis imprimitur.

XXIII. Secunda vero pars, quod asserit materiam ordinationis ut collativae potestatis absolvendi esse postquam impositionem manuum; & formam esse verba, quae Episcopus dicit: Accipe spiritum Sanctum. Et propterea supponit, duas esse parciales materias, & duas parciales formas; & consequenter duo partialia sacramenta, quae Sacerdotalem ordinem perficiunt, unumque totalem integrant sacramentum; aliquibus non placet: putant enim, totum characterem Sacerdotalem, & totam illius Ordinis potestatem conferri per calicem, & patenam porrectionem; adeoque utramque manuum Episcopalem impositionem esse caeremoniam ordinationis accidentalem. At tamen, probatur primo. Querendo ab eis: si impositio manuum Episcopalem profert accidentaria est ordinationi, quomodo salvabitur Scripturae, & Patrum rektus, & praecedente laudatos, perpetuo dicentium per impositionem manuum dari ordinationem; & per eam conferri gratiam, nihil de traditione instrumentorum loquentium; Eos quidem salvat S. Th.

S. IV.

Quaestio VII. De Diaconatu.

tum loco mox citato: tum 3. p. 9. 84. a. 4. ubi docet, manuum impositionem requiri in Confirmatione, & Ordine; quia per eam designatur, & conferuntur plenitudo gratiae; praeterea tamen requiritur traditionem instrumentorum in Ordine, quae non requiritur in Confirmatione: quia in hac non datur potestas operandi in aliquam exteriorum materiam, sicut datur in Ordine. Ita loquitur, in Suppl. 3. part. quaest. 37. art. 1. ad 1.

XXIV. Probatur secundo. Quando Episcopus manus imponens ordinando, dicit: Accipe Spiritum Sanctum, quorum venientis potestatis remittuntur eis, invenitur ibi signum visibile efficax gratiae, & quidem distinctum ab eo, quod tradens instrumenta dicit: Accipe potestatem offerendi &c. ergo invenitur ibi sacramentum saltem partialiter distinctum, & proinde partialis forma, & materia. Antec. quod illa impositio manuum sit signum efficax gratiae, prob. ex Tridentino, sess. 23. Can. 4. ubi anathematice fertur, qui dixerit: Per sacrum ordinationem non dari spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopus dicit: Accipe spiritum Sanctum. Si Episcopi non frustra dicunt illa verba, quia ad eorum probationem vere datur Spiritus Sanctus; ergo in impositione manuum Episcopatum super caput ordinandi conferuntur gratia; & quia tunc Episcopi ea verba profertur, quando manus imponunt.

XXV. Prob. tertio. Quia Christus a mortuis excitatus, Joann. 20. insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata remittentur vobis; & quorum retinueritis retenta sunt, tradidit eis potestatem, & Sacerdotibus eorum successores reconcilians Deo fideles post Baptisimum lapsos; ut universonum Patrum consensum semper inextinguibile docet Tridentina Synodus, sess. 14. c. 1. ergo Presbyteri tunc accipiunt hanc potestatem, quando Episcopus super dicta verba profertur alias si omittatur deest illis potestas absolvendi, & ministrandi sacramentum poenitentiae.

XXVI. Si dicas, potestatem absolvendi, utpote ad actum secundarium, contineri in potestate Sacerdotali quantum ad principalem actum consentiens corpus, & sanguinem Christi: ideoque etiam omittitur, alia tamen intelligitur implicite collata: sicut Graeci Sacerdotes potestatem habent absolvendi; & tamen in eorum ordinatione verba illa non profertur.

Contra est: Potestates sunt conferendi, & absolvendi, licet una supponat aliam, licet multum differat, cum earum actus genere differant: ergo neutra fit aliam completitur, ut priori collata censetur collata altera. Et vel maxime: quia Christus eas non simul, sed diversis temporibus dedit: unam in novissima Coena, alteram post resurrectionem; & forma una non importat, aut significat alteram. Quare S. Th. in Suppl. 3. p. 9. 37. a. 5. ad 2. Dominus (inquit) Discipulis dedit potestatem Sacerdotalem, quantum ad principalem actum, ante passionem in Coena, quando dicit: Accipite, & manducate: Unde subjungit: Hoc facite in meam commemorationem (Luc. 22.) Sed post resurrectionem dedit eis potestatem Sacerdotalem, quantum ad actum secundarium, qui est ligandi, & solvendi. Accedat: quod sacramentum nullum effectum conferunt, quem non significant: atque traditio calicis cum vino, & patene non significant: atque traditio calicis cum vino potestatis eius, qui remittuntur peccata; ergo illam non conferunt.

XXVII. Quod vero dicitur de Sacerdotibus Graecis: fateor, in eorum ordinatione nec profertur verba: Accipe potestatem offerendi, nec illa: Accipe Spiritum Sanctum, Sed Episcopus ordinat Presbyterum sola manuum impositione; & dicens: Divina gratia, qua semper in forma sanae. Et quae desunt supplet, creat, seu promoveat N. venerabilem Diaconum in Presbyterum. Ubi per divinam gratiam, gratia increata, seu Auctor gratiae intelligitur. Et cum Episcopus dicit Creare seu promoveat, perinde est, ac si diceret, promovet per me, seu per meum ministerium; ut indicet, se non esse causam principalem, sed ministrum tantum. Dicens autem: In Presbyterum facit sensum: divina gratia creat, ac promovet venerabilem N. Presbyterum, id est, eum consecrat ad obeundas omnes functiones, quae ad Presbyterum spectant, non tantum scilicet ad offerendum sacrificium, sed etiam ad reconciliandos poenitentes, & reliqua sacramenta dispensanda, quorum Presbyteri sunt ministri. Adeoque cum Ecclesia Graeca non instituerit pro qualibet potestate determinatam formam; sed unica generali forma significet omnem Presbyteri potestatem: merito una eademque actione Sacerdos Graecus accipit utramque potestatem, nimirum, consecrandi, & absolvendi. Sicut si cuiquam diceretur: Regia Majestas creat, seu promovet Petrum in Proregem, conferretur ibi verbis conferri Petro omnis potestas officio Proregis annexa.

In Ecclesia Latina, quae utens facultate sibi a Christo tradita exemplum Christi imitatur, non unam, sed duplicem actionem, & formam distinctam pro qualibet potestate determinavit; quorum una significat potestatem ad actum consecrandi, non vero absolvendi; altera potestatem ad actum absolvendi, non vero consecrandi; ut conferat utramque potestatem conferre, debet utramque actionem exercere, & formam profertur; ita ut si altera omittat, unam tantum adhiberet, unam tantum potestatem conferret; quia sacramenta non conferunt, nisi id, quod significant. Et proinde ordinatio ab Episcopo Latino sic facta, rata, & integra non haberetur; quavis facta ab Episcopo in Ecclesia Graeca, rata etiam a Latina haberetur.

XXVIII. Quamvis generali, & minus propria significatione omnes Christiani vocati possint Sacerdotes, iuxta Sanctorum vocem, Apoc. 5. versic. 10. Peccati nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes: quatenus nimirum offerunt Deo interius, & spirituales hostias laudis &c. ut cum S. Thom. 3. p. 2. q. 82. a. 1. ad 2. diximus, in Tractatu de Eucharistia, ut sacrificium est. Ibi tamen ostendimus, agnoscendum esse in Ecclesia Christi Sacerdotium externum, & proprie dictum; ita ut simpliciter loquendo non omnes Christiani etiam sancti estis iusti, & sancti sint Sacerdotes; nec omnes parum habeant in verbo, vel in sacramentis administrandis potestatem. Hoc tamquam de fide contra Lutherum, & alios declaravit Tridentina Synodus, sess. 7. Can. 10. & sess. 23. cap. 1. & 4. conformiter alii Concilio Niceno I. Can. 14. & Laterano IV. sub Innocentio III. cap. 1. Est ergo Sacerdotium novae legis quibusdam proprium, illis scilicet, qui ad offerendum sacrificium legitime consecrantur.

XXIX. Horum officia sunt: Primum, sacrificare. Secundum, sacramenta Baptismi, Eucharistiae, Poenitentiae, & Unionis extreme administrare, Tertium, docere seu praedicare.

Primum convenit aequaliter omnibus Sacerdotibus ex ordinaria potestate ipsorum.

Secundum ad Presbyteros animarum curam habentes, tamquam ordinarios illorum Sacramentorum ministros; ad alios vero ex licentia, vel commissione.

Tertium proprie pertinet ad Episcopum, iuxta S. Thom. 3. p. 2. q. 67. a. 1. ad 1. Et Concil. Trid. sess. 5. c. 2. de Reform. & sess. 24. de Reform. c. 4. Secundario autem ad Parochos, quibus id munus incumbit eo ipso, quod in partem sollicitudinis vocati curam animarum suscipiunt. Ad alios vero Sacerdotes extraordinarie pertinet, videlicet, si ab Episcopo, vel Ordinario mittantur.

XXX. Ceterum quod ministerium verbi non ad omnes Sacerdotes pertinet; quodque sint aliqui veri Presbyteri (quidquid obest Sectariis) etiam munus docendi, vel praedicandi non subeant, probat illud Pauli 1. ad Tim. 5. v. 17. Qui bene praesunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Quibus Apostolus agnoscit aliquos Presbyteros in verbo, & doctrina non laborantes; quos tamen duplici honore dignos esse pronuntiat, si vel sacrificando, vel sacramenta administrando sancte in Ecclesia laborent. Hinc omni tempore fuerunt Sacerdotes ordinati, five in Monasteriis, five alibi, quibus cura plebis nulla committeretur: & ratio est, quia Sacerdotis praecipua munera sunt sacrificare, & absolvere.

QUESTIO VII.

De Diaconatu.

Intra Presbyteratum immediatus Ordo est Diaconatus a Diacono, qui Levite in veteri lege correspondet: Diaconus Latine idem est, ac Minister; quia ejus actus est ministrare Sacerdoti, praecipue dum ad altare celebrat. De Diaconatu ergo quaerimus: An sit sacramentum, quanam sit ejus materia, & forma: Quodnam ejus officium?

DUBIUM I.

An Diaconatus sit Sacramentum?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Diaconatus definitur solet, quod sit: Ordo, per quem datur potestas, ut quis proxime, & solemniter interserviat Presbytero sacris operam danti. Quod sit Ordo, constat ex dictis supra de numero Ordinum. Quod sit potestas, ut quis proxime, & solemniter interserviat Sacerdoti sacris operam danti, patet; quia cum ali inferioribus ministris mediate solum interserviat Sacerdoti celebranti; solius Diaconi officium est ei immediate solemniter ministrare. Quod hic controversum est: An Diaconatus non solum sit Ordo, sed etiam sacramentum proprie dictum. Communiter affirmant Doctores, si Durandum, Cajetanum, aliosque paucos excipias.

II. Dico, Diaconatus, seu Diaconi ordinatio, est verum, & proprie dictum sacramentum. Probo. Ordinario Diaconi est signum sensibile sacramentum ad nostram justificationem a Christo Domino institutum; ergo est sacramentum. Ant. prob. est signum sensibile. Nam, Act. 6. ubi agitur de ordinatione primorum septem Diaconorum facta ab Apostolis; legitur verba &c. Ibi (nempe septem viros, quos elegerant) steterunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.

Quibus indicatur signum sensibile impositionis manus, tamquam materia, & orationis, tamquam forma; deinde effectus gratiae ex manuum impositione, oratione. Non cum Apostoli imponerent manus, acciperent Spiritum Sanctum. Unde Ecclesia Latina in Diaconi ordinatione hac formula utitur: Accipe Spiritum Sanctum ad robor.

Quod autem sit ex institutione divina, colligo ex facto Apostolorum, &

fororum, qui non ab alio, quam a Deo exiati ordinantur... Diakonorum primi indixerunt; quorum praxim fecerat semper Ecclesia...

§. II.

Solvuntur Objectiones.

III. Obicitur primo. Diakonatum institutum fuisse a Christo non legitur in Scriptura...

Repondeo primo, retroquendo argumentum. Nam nec in Scriptura legitur Christum instituisse Episcopatum, vel Presbyteratum, Confirmationem, Extremam unctionem...

Repondeo secundo. Quod illo non legitur Diakonatum fuisse a Christo institutum, legitur tamen in Actis Apostolorum, & in Pauli Epistolis...

IV. Sed dicitur. S. Cyprianus, Epist. 65. ad Rogatianum, ait: Meminisse Diaconos debere, quoniam Apostoli, id est, Episcopi...

V. Ad id, quod superius addebatur, falsum esse dico, neminem Veterum Diakonatum appellasse sacramentum. Illum enim sacramentum vocat S. Hieronymus...

folus: Non est dignum, ut relinquentes verbum Dei, ministrum mensis. Sciam, quare Diaconi constituti sint...

VII. Respondeo: aliam fuisse occasionem, que movit Apostolos ad primos Diaconos ordinandos; aliam fuisse finem precipuum, ac primarium, ob quem talis fuerat a Christo institutus...

VIII. Quapropter Patres Diaconis sacra munia credita fuisse testantur. Quid sunt Diaconi (inquit Ignatius Martyr, Epistola ad Trallianos)...

IX. Nec opponas: Concilium Trullanum habitum anno 692. Can. 16. desinit, septem prioribus Diaconis concedit non fuisse ministerium sacrum...

D U B I U M II.

Quam sit Materia, & Forma Diaconatus.

§. I.

De Materia.

I. Deo. Materia essentialis ad aqua ordinationis Diaconi coalescit ex impositione manus dextere Episcopi super caput ordinandi...

Impositionem manus esse materiam essentialem ordinationis Diaconi evincit primo. Quia ea usi sunt Apostoli, cum primos septem Diaconos ordinaverunt...

Quod vero etiam traditio libri Evangeliorum sit materia essentialis, probat. Nam sola manus impositio prescripta sumpta non significat gratiam, & characterem...

ad aquam essentialem ordinationis Diaconi, indiget alia componente, que determinetur, perficiatur, & compleatur: hanc autem alia esse non potest, quam traditio libri Evangeliorum...

II. Itaque materia totalis, & integra ordinationis Diaconi non est simplex, sed composita ex duabus partialibus unitis inter se, & moraliter continuatis...

III. Sed dicitur qui solam manus impositionem volunt esse materiam ad aquam. Cum primi Diaconi fuerint ordinati, sola manus impositione ordinati fuerunt...

IV. Respondent alii, divina dispensatione factum esse, ut ad exhibitionem principalis partis materiae, nempe impositionis manus, tota Diaconalis potestas conferretur...

Mitro responsum aliorum, qui volunt, Diaconos ordinatos ante Evangelium scriptum, vel promulgatum, una cum manus impositione accepisse in sua ordinatione aliquam characterem...

V. Stando igitur in doctrina supra statuta de materia, & forma Presbyteratus, Dub. 2. §. 2. n. 5. & alibi, dico: Christum instituisse materiam omnium Ordinum...

VI. Dicunt qui volunt, traditionem libri Evangeliorum esse unicam, & totalem materiam: quod Eugenius IV. in Decreto unionis, ubi singulorum sacramentorum materiae statuit, solius traditionis libri Evangeliorum meminit...

§. II.

De Forma Diaconatus.

VIII. Deo. Forma essentialis ad aqua ordinationis Diaconi coalescit ex his verbis: Accipe Spiritum Sanctum ad robur etc. que Episcopus profert imponendo manus...

nes, cum quibus unam moraliter actionem totalem constituant: sicque moraliter unita indivisibiliter significant gratiam, & characterem Ordinis, qui conferuntur...

D U B I U M III.

De Officiis Diaconi, & de Diaconibus.

§. I.

Resolvitur Prima Pars.

I. Suppono officia Diaconi non esse mere civilia, & profana. Constat enim ex dictis supra, Dub. 1. §. 2. n. 5. etc. ubi statuitur Diakonatum esse sacramentum...

Primum ergo Diaconi officium est Sacerdoti adesse in templo Dei in his, que spectant ad mysterium, & sacrificium Missae celebrandam: ipse enim Episcopo, vel Sacerdoti offerenti quodammodo cooperatur, dum materiam consecrandam a Subdiacono acceptam Sacerdoti porrigit...

II. Secundum est, Evangelium in Missa solemniter recitari, seu cantari. Hinc S. Gregorius in Decreto sub antiquissimo precepto, Lektionis Evangelice officium adstante populo a solis Diaconis esse perfolendum...

Dubitant tamen moderni Critici: An primi Diaconi fuerint ordinati cum facultate legendi Evangelium? Deinde: An ab eo tempore, quo constitutum est, ut Diaconus legeret Evangelium, hanc lectio ad sacrificium pertineret...

III. Propterea censent alii, non esse certum, quod tribus prioribus seculis Diaconi solemniter legerint Evangelium intra Missarum solemniam, ut nunc consueverunt legere. Dubium enim est, inquam: an in Liturgia illorum temporum fieret publice Evangelii lectio in Missa...

IV. Quare dicendum censo, etiam primos Diaconos iure legendi publice Evangelium in sua ordinatione donatos fuisse: & quamvis statim illud non legerint, quia Evangelia nondum erant scripta...

V. Nec obstat, quod qui sacrificio adesse non poterant, nempe Catechumini, audire consueverint Evangelii lectionem: hoc enim evincit solum Catechumenos perseverasse in Ecclesia...

sa usque ad eam Missæ partem, in qua Evangelium legebatur, ut post dum incensetur sacrificium dimitterentur. Nam Missa Catechumenorum non erat distincta a sacrificio, sed pars, seu inchoatio ipsius sacrificii oblationem precedens.

Næque quod S. Cyprianus, Epist. 33. de Anulo, & Epist. 34. de Calvino in Lectores tantum ordinatis dixerit, eos Evangelium legisse, ac predicasse. Non enim dicit eos Evangelium legisse in Missæ sacrificio, quale munus Diaconi est; sed legisse, ac predicasse, quasi peculiari Sancti Spiritus ardore excitatos. Cæterum Lectores, aut etiam Subdiaconos, solemniter in Missa Evangelium legere nunquam licuit; quævis privatim legere licebat. In quo sensu exponendum est Concilium Toletanum I. Can. 9. ubi de Subdiacono, si defuncta uxore aliam duxerit, statuitur, ut habeatur inter lectores; & Olfarios in eo Evangelium, & Epistolam non legat. Non enim supponit, officium Subdiaconi esse legere solemniter Evangelium in Missa; sed tantum prohibetur, ne legat Evangelium, & Epistolam eo modo, quo prius legere poterat, nimirum, Epistolam ex proprio officio, Evangelium autem in supplementum præsentie Diaconi, absente enim Diacono ad legendum Evangelium admittentur forte in supplementum Subdiaconi.

VI. Tertium Diaconi munus erat olim fidelibus sub utraque specie communicandis calicem, sive sanguinem Christi dispensare, & etiam corpus præsentibus; & ad absentes deferre. Ita colligo ex S. Iuliano, apol. 2. pro Christianis pag. 97. Ubi lego: Qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri distribuunt utriusque præsentium, ut particeps eum, in quo gratia adhaerent, panem, vinum, & aquam, & ad absentes perferunt. Postea tamen solius calicis dispensatio Diaconis relicta est, nisi necessitas cogeret, ut etiam corpus dispenserent. Primum indicat S. Cyprianus Serm. de lapsis circa finem, dicens: Ubi vero solemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præsentibus cupit. Idem demonstrant hæc S. Laurentii Diaconi voces ad Siflum Pontificem (apud S. Ambrosium lib. 5. de Officiis, c. 42.) dicens: Quo sacerdote sancto suo Diacono preparat. Nuncium sacrificium sua ministerio offerre consueverat. Ex parte certe, utrum idoneum ministerium obsequia, cui commissi Dominici sanguinis dispensationem. Secundum vero ostendit Concil. Carthagenense IV. c. 28. statuent, ut Diaconus præsentia præbere, Euchariam veteris Christi, si necessitas præterit, iussu orget. Recitantur dicta de Ministro Pechat.

VII. Quartum Diaconi officium est, baptizare. Hoc functos fuisse Diaconos ab Apostolis ordinatos Acta Apost. tradunt, & Pontificale Romanum, & antiquus Ordo Romanus insinuant. Quo autem iure, ac sensu hoc eis competat, in Tract. de Bapt. dictum est.

VIII. Quintum Diaconi officium est, predicare verbum Dei, & Evangelium populo annuntiare, cuius officii meminit Pontificale Romanum. Hoc tamen officium inquit Eftius, in 4. diffinit. 24. §. 16. non competit Diaconis, eo quod ad id muneri proprie ordinati sint; sed ut summaria quadam Evangelii expositione plebem præparent ad solidiorem, & exactiorem verbi Dei explicationem, quæ sic per Sacerdotem; Diaconus enim est minister, ministri autem est inferre, & præparare ad opus, non opus perficere. Nec vero hoc ipsum eis permittitur, nisi, ut docet Catechismus Rom. de Sac. Ord. n. 20. in absentia Episcopi, vel Sacerdotis, vel certe illi iubentibus; & id quidem eo loco humilioris, ut intelligat, munus illud sibi non iure Ordinis, sed sola Superioris delegatione competere. Sic legitur, Act. 8. Philippum Diaconum sua prædicatione Samaritanorum animos præparasse, ut apti fierent maioribus fidei mysteriis, quibus imbuendi erant prædicatione Apostolorum Petri, & Joannis. Præparare autem animos ad Evangelium, in proprium Diaconi etiam Evangeliorum perferatur, ut habent ex Florentino. Unde ex verbis ipsius Episcopi constat eis potestas Evangelium legendi pro vivis, & defunctis.

IX. Sextum Diaconi officium olim erat, Ecclesie thesauri, sive oblati a fidelibus elemofinis præstare, & eas pauperibus dispensare, juxta Episcoporum, vel Presbyterorum sententiam, & decretum. Et hæc fuit occasio Apostolorum, Act. 6. septem primos Diaconos eligendi, qui tamen non per hoc omnem curam, & sollicitudinem circa pauperes a se abdicant, sed eam per Diaconos exquebantur. Unde Paulus, Gal. 2. v. 20. testatur, se & Barnabam monitos fuisse ab Apostolis, ut pauperes memores essent. Quam suam sollicitudinem in Epistola ad Corinthios sepe declarat, & præsertim, 2. ad Cor. 8. Porro particulariter hujus rei dispensationem commissam fuisse Diaconis testatur etiam S. Leo, Serm. de S. Laurentio, dicens de eo: quod non solum ministerio sacramentorum; sed etiam ex dispensatione Ecclesiastica substantia prævinebat. Similia de S. Laurentio dicit Ambrosius, lib. 2. de Officiis, c. 28. Sed hic non est cur immoventur; cum vel ipsi heretici concedant, immo in hoc unice situm esse Diaconi ministerium contentant, ut vidimus.

Postrema vero Diaconorum cura erat eorum omnium, qui propter fidei confessionem in carcere detinebantur. Unde Ceciliano a Donatistis criminari repudatum est, quod cum Archidiaconus esset; Martyrius necessaria non modo non suppeditasset, sed etiam suppeditari prohibuisset; ut Optatus Milevitanus testatur, lib. 1. de Schisma Donatistarum. Et S. Cyprianus, Epist. 11. in prætorium (inquit) quæ sexagenaria eligatur vidua, & pueri adolescentulas ab Apostolo reprobari. Alii quæ omnes, quæ ante sexagenaria annos viduata sunt, accipient maritus. Sed quia eadem Christi instituta Ecclesiam, & omni ordini prævident, præcipueque pauperibus, quorum ei cura

Sed præsertim negotiorum ecclesiasticorum cura, his ab Episcopis demandata, continuum cum his de illis rebus tractatum, & facilem ad eos accessum peperit; adeo ut hæc cum Episcopo quasi confidenti familiaritate occasionem ambitionis acceperit, ac sese adeo extulerit; ut sepius ausi fuerint Presbyteris sese æquales, ac interdum superiores existimare. Accedebat ad hoc, quod Presbyteri in una Diocesi erant plures, Diaconi non plures, quam septem, septenarius numero primorum Diaconorum correspondens. Unde etiam in Ecclesia Romana olim septem tantum creari solebant Diaconi, ut testatur Sozomenus, lib. 7. Hist. c. 19. Et Cornelius Papa apud Eusebium, lib. 6. Hist. c. 35. Additque Stephanus Eudensis, c. 7. de Sac. Altaris: Statutum Apostolicum præceptum, ut Vicario Christi in Sanctis Sanctorum inveniente, septem in sublimiori gradu mensa altaris assistentes serviant. Quod in cæteris similiter observatum fuisse ostendit Ivo Carnotensis, Serm. de Excellentia Ordinum, dicens: successores Apostolorum decreverunt: ut in omni matrici Ecclesia septem Diaconi circa aram Christi sublimiori gradu tamquam columna altaris assisterent. Id ipsum decreverat, anno 314. Concilium Neocæsariense, Can. 14. his verbis: Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet, & valde magna sit Civitas, id ipsum autem Abbatum Apostolorum liber insinuat, quem Canonem repetit, & confirmat Concilium Aquense, c. 64. Hæc igitur omnia, quibus a Presbyteris secerantur, audaciam, & fastum Diaconorum fovebant, de qua S. Cyprianus, Epist. 9. ad Rogatianum, & S. Hieronymus Epist. 85. modo 101. ad Evangelium, seu Evangelium, ut supra diximus, quo tempore conquebantur. Specialiter autem paucitati fastum Diaconorum adscribit Hieronymus citatus dicens: Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit.

425

cum Barnaba fuerat deo iudata; illis autem Ecclesie epibus servari, quæ propriis manibus non quærebant laborare, quæ vero vitæ sua, quæ, & ea probat, & vix, Sacro illo Diaconatu numero adjectas fuisse etiam virgines docet Augustinus Constitut. Apostolicæ lib. 6. cap. 17. dicens: Diaconis eligatur virgo publica, si autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ non nupsit. Concordat etiam Sanderus Epiphanius in exposte fidei his verbis: Illa quidem univisa, & continentia esse debent, vel post unam nuptiam vidua, vel perpetua virgines.

XIV. Dico secundo, Diaconatum plura erant officia, quæ supra, quæst. 3. art. 1. §. 2. num. 7. enumeravimus: Ubi etiam ostendimus, eorum ordinationem licet ordinationi Diaconi in aliquibus similem, non fuisse tamen sacramentum, sed meram ceremoniam ab Ecclesia introductam; unde illic Lectorem remittimus.

XV. Dico tertio, Diaconisæ a sexcentis, & ultra annis proposita sunt, specialiter quoad officia, ad quæ olim deputabantur; & quævis in Ecclesia Græca aliquod vestigium eorum remanserit, nec eadem sunt, nec rite quo olim, ordinantur. Constat ex Eusebio apud Græcos a sexcentis annis, & Riculabius apud Latinos conscriptis, in quibus de Diaconisæ ordinatione altum silentium est. Et ulterius, quia ab ea, quæ diximus, ætate nullus usus in Ecclesiis catholicis vixit; & licet in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi adhuc daret, quod matronæ alique, quæ verulone vocant, in Missa solemnè juxta Ambrosianum ritum ad offerendum ferunt panem, & vinum pro sacrificio; illæ tamen non nisi æquivoce Diaconisæ dici possunt.

XVI. Diaconisæ abrogationem dicunt aliqui primo decretam in Concilio Aratiansi I. Canon. 26. Et executioni mandatam in Concilio Epâunensi I. Canon. 21. his verbis: Viduam consecrationem, quæ Diaconis vocant, ab omni regione nostra potius ablegamus. Addunt Concil. Aurelianense II. Canon. 17. ubi dicitur: Placuit etiam; ut nulli postmodum feminæ Diaconis nullo benedictio pro conditione hujus fragilitate tradatur. Sed quia alii, inter quos Juvenin, nolant præfatis Concilii Diaconisæ esse penitus abrogatas.

Idem quidam fit: an aliquo Concilio statuta fuerit; certum est, ab anno milleimo, sensim fide sensu abrogationem Diaconisæ in tota Occidentali Ecclesia obtinuisse. Nam præter inconvenientiam, quæ non raro sequentibus, cessant motiva, ob quæ Diaconisæ Ecclesia instituitur. Cum enim post illud tempus facti dies Paschatis, & Pentecostes non sint amplius pro Baptismo observati; cum infantes tantum baptizari ceperint, adulti vero rarissime; cum Baptismus per immerisionem (exceptis paucis provinciis) confertur, desierit, cum deum vitorum sedes in Ecclesia a mulierum sedibus non sint amplius distinctæ, opus non fuit Diaconisæ, quæ tum in Baptismi ritibus, tum in aliis memoratis officiis intervirent.

QUÆSTIO VIII.

De Subdiaconatu, & aliis Ordinibus minoribus.

DE Subdiaconatu, & quatuor minoribus Ordinibus simul hic agemus. Subdiaconatus, Græce Hypodiakonis idem significat, ac Sub Diaconus, seu minister Diaconi. Minores autem Ordines dicuntur Minores, quia collocant subiectionem in statu inferiori in hierarchia Ecclesiastica, eorumque ministeria ad Eucharistia consecrandam sunt magis remota; dicuntur etiam non facti, non quia eorum ministerium profanum sit, & non factum; sed quia hominem Deo immobiliter nondum faciunt. Hi autem sunt Olfarios, Lectores, Exorcistatus, & Acolythatus. De his quorundam: An vere sacramenta sint, & quantum singulorum officia.

DUBIUM I.

An Subdiaconatus, & quatuor minores vere sacramenta sint.

S. I.

De eorum institutione.

I. CUM omnium sacramentorum auctor fuerit Christus, ut in Tract. de Sacram. in Gen. ostensum est, si Subdiaconatus, & quatuor minores inter sacramenta sint reponenda, Christi institutio quaerenda est. Subdiaconatum ergo esse verum Ordinem, sicut & cæteros Minores, puto, quod omnes Doctores catholici admittant. Fide enim Catholica certum est, præter Sacerdotium esse alios Ordines majores, & minores: hoc enim fuit anathema fatis Tridentini. Sess. 23. Canon. 2. Si quis dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur, anathema sit. Quin autem sint majores, & minores Ordines, per quos in Sacerdotium tenditur, explicat, eadem sess. 23. c. 1. his verbis: Non solum de Sacerdotibus, sed & Diaconis, sacra littera apte tam mentionem faciunt, & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt gravissimè verbis docent. Et ab ipso Ecclesia institio sequentium Ordinum nomina, acque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Olfarii in usu fuisse cognoscuntur, quævis non pariter nota. Nam Subdiaconatus ad majores ordines a paribus, & sacra Concilii referunt, in quibus & de aliis inferioribus fre-

quentissimè legitur. Ex quibus patet, Subdiaconatum semper quidem fuisse Ordinem, non tamen vi fide institutionis fuisse semper inter majores Ordines; sed ad hoc fuisse per Ecclesiam, & sacra Concilia relatum. Quamvis igitur omnes fateantur, Subdiaconatum, & Minores esse veros Ordines, non tamen omnes fateantur, a Christo esse institutos. Qui enim negant, eos esse sacramenta, negant ex Christi institutione esse, sed Ecclesia; Qui vero eos sacramenta esse asserunt, a Christo institutos esse dicunt.

II. Pro quo observo: dupliciter dici posse Subdiaconatum, & cæteros minores Ordines fuisse a Christo institutos. Uno modo explicite, distincte, & in particulari: alio modo implicite solum, & in generali; insinuando scilicet explicite, & in particulari Ordinem illum, in quo ceteri, ut ei subvenientes includerentur; relinquendo ut Ecclesia singulos in eo inclusos in particulari distingueret. Primo ergo modo Christus instituit Sacerdotium, ad quem omnes Ordines ordinantur, & Diaconatum, in quo ut in proximo, & immediato ad Sacerdotium ministerio cætera inferiora ministeria implicite continentur. Secundo vero modo alios inferiores Ordines instituit, ut inclusos in superiori, quos Ecclesia particulariter distinguit.

Hanc doctrinam colligo ex S. Thom. in Supplem. 3. part. quæst. 37. art. 2. ad 2. ubi hæc habet: In primitiva Ecclesia præter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria Diaconis commiserantur. . . . Nihilominus erant omnes prædicta potestates, sed implicite, in una Diaconi potestate, sed postea multipliciter est cultus divinus: & Ecclesia, quæ implicite habebat in suo ordine, explicite tradidit in diversis. Et sequitur hoc dicit magister in litteris (in 4. dist. 24.) quod Ecclesia alios Ordines sibi constituit. Ita S. Thom. respondet objectioni, quæ intendebat probare, solum Presbyteros, & Diaconos esse de institutione divina. Censet ergo etiam alios Ordines inferiores esse de institutione divina tantum in Ordine Diaconatus implicite, alii non explicite institutos.

Probo etiam, Nam ut Adversarii concedant, Subdiaconatus, & Ordines minores fidei veri Ordines; ergo pertinent ad hierarchiam Ecclesiasticam; ergo fuit ex institutione divina. Unde Concil. Trident. Sess. 23. Canon. 6. Si quis (inquit) dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constet ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris; anathema sit. Per ministros autem in generali non videt Diaconos, sed Subdiaconos, aliosque inferiores intelligit. Hoc ergo supposito.

S. II.

Resolutio Dubii.

III. Dico: Probabilis est, ordinationem Subdiaconi, & aliorum minorum Ordinum esse vere sacramentum. Est contra multos recentiores, sequitur tamen ex dictis. Veri Ordines, & cæteri inferiores Ordines fuit veri Ordines, & ex institutione saltem implicite divina; eorum ordinatio erit signum sensibile annexam habens gratiam ad debite perferendum ministerium, ad quod deputatur, & consequenter sacramentum. Cui consonat Concil. Tridentinum, sess. 23. sibi anathema fert; Can. 2. cum, qui dixerit præter Sacerdotium non esse alios Ordines in Ecclesia Catholica majores, & minores, Et Canon. 3. indistincte definit, Ordines seu ordinationem esse sacramentum; ergo verissime est, intellexisse etiam Subdiaconatum, & minores Ordines habere veram rationem sacramenti.

IV. Idem insinuat S. Thom. in Supplem. 3. part. quæst. 34. art. 3. ubi probat, ordinem esse sacramentum sic, Sacramentum . . . nihil est aliud, quam quædam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili. Unde cum in susceptione Ordinis quædam consecratio homini exhibetur per visibilia signa, constat, Ordinem esse sacramentum. Cum ergo in susceptione Subdiaconatus, & quatuor Minorum homini exhibetur quædam consecratio per visibilia signa, dicendum videtur, quod sint sacramenta. — Tum in eodem Supplem. quæst. 37. art. 1. ad 3. ubi ostendit, omnes Ordines esse unum sacramentum; quia omnes sunt quædam participatio Sacerdotii, in quo est tota plenitudo sacramenti Ordinis. Cum igitur Subdiaconatus, & quatuor minores Ordines, sint quædam participatio Sacerdotii et interjuncti, & sint quidam veluti gradus, per quos ad Sacerdotium ascenditur; fiet, ut cum illo constituitur unum sacramentum, — Tum eadem quæst. 37. art. 3. ubi quaerens: An Ordines distingui debeant per factos, & non factos, respondet. Quod Ordo sacer dicitur dupliciter. Uno modo secundum se: & sic quilibet Ordo est factus, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiae, circa quam habet aliquem actum; & sic Ordo sacer dicitur, qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratam. Et sic sunt tres rationes Ordines sacri, scilicet Sacerdotium, & Diaconatus, qui habent actum circa corpus Christi, & sanguinem consecratum; Subdiaconatus, qui habet actum circa vasa consecrata; & ideo illi etiam consuetudine indistincti, ut sancti & mundi sint, qui sancta tractant. Ubi nota, quod S. D. dicit, omnes Ordines esse secundum se factos, quia omnes sunt sacramenta. — Et tandem ibi, quæst. 36. art. 1. docet in susceptione cujuslibet Ordinis peccare mortaliter, qui eum suscipit indigne.